

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Urkunden und andere Aufzeichnungen.

Mitgetheilt von W. Wattenbach.

In den Mittheilungen aus dem Germanischen Nationalmuseum vom J. 1885, S. 146—149, habe ich Nachricht gegeben von einer Anzahl neu erworbener Urkunden, deren Abdruck an dieser Stelle passender erschien. Ein Theil derselben stammt aus dem Archiv der venetianischen Abtei Brondolo, südlich von Chioggia, welche nach der Belagerung Venedigs durch die Genuesen einem Festungsbau den Platz räumen musste, und mit dem Kloster San Spirito in insula vereinigt wurde. Auf der grossen Pergament-Auction, welche im Anfang der vierziger Jahre zu Nürnberg stattfand, scheint das Archiv dieses Klosters zerstreut zu sein, und aus Privatbesitz von verschiedenen Orten findet sich jetzt ein Theil der Urkunden in Nürnberg wieder zusammen; eben jetzt ist wieder ein neuer Vorrath erworben, darunter auch eine zweite Bulle Benedicts IX, an demselben Tage ausgestellt. Diese Bulle Benedicts IX. vom 6. Juni 1044 habe ich am angegebenen Orte beschrieben, und es ist eine Photographie beigegeben, welche aber durch ein bedauerliches Missverständnis nur den Schluss, keine Probe des in Kanzleicursive geschriebenen Textes enthält. Sie ist auf ein unscheinbares, schief geschnittenes Stück Pergament geschrieben; bei 63 cm Höhe ist es oben 18,5, unten nur 13,5 cm breit. Wenn auch viel kleiner als die Papyrusbullen, hat es doch noch die Form der Rolle behalten. Die Bleibulle ist verloren. Auf den Text, in welchem die Erlaubnis zum Gebrauch von Dalmatica und Sandalen gewährt wird, und das Datum vom 26. Mai folgt in Minuskel ein Segenswunsch, der nach der vorhergehenden Ankündigung, wie es mir jetzt richtig anzunehmen scheint, von dem Scriptor Johannes geschrieben ist, und darunter in Majuskel das Benevalete, in welchem wir die eigenhändige Unterzeichnung des Papstes zu sehen haben. Endlich das Datum der Ausfertigung (6. Juni) in Minuskel, worin nur das bekannte A der Cursive beibehalten ist. Der Text lautet:

¶ BENEDICTVS EPS SERVVS | servorum Dei. Bene-
dicto abbati monasterii sanctae Trinitatis . in Venetia | positi .
perpetuam in Domino salutem. Quisquis in divinis servitiis |
semet ipsum largius exercet . largius etiam tam ve|nerandus
quam honorandus habetur. Qua propter | tibi dilectissime fili .
quia et rumore bono . et ipsa veritate | in omni munditia et
sanctitate persistere divulgari . | petitioni tuae concedimus
effectum. Quia vero petisti | a nobis ut concederemus tibi in
dies vitae tuae ad sa|cra missarum sollempnia indui dalmati-
cam . cal|ciari sandaliis . inclinati precibus tuis . con|cedimus
tibi tantum modo pro tuis meritis . non autem | successoribus
tuis licentiam ut induas dalmaticam in cele|brationibus missa-
rum . et sandaliis utaris. Vt | autem hoc ratum firmumque
dum vixeris habeas . post | scriptionem Iohannis nostri scriniarii
et notarii . propria nostrae | manus confirmatione hanc licen-
tiam tibi datam | roboramus atque firmamus septimo kal.
Iunias . | indictione duodecima.

(Von anderer Hand): Indulgentiam et remissionem omnium
peccatorum tuorum | tribuat tibi abba Benedicte omnipotens
et misericors Dominus.

BENEVALETE.

† Data VIII. id. Iunias Per manum Petri diaconi bibli-
othecarii et cancellarii sanctę apostolicę sedis Anno Pontif. |
(domni) Bened. noni Pape . XII. Ind. XII.

Hierauf folgt ein Schutzbrief Kaiser Friedrichs I. für
den Abt Milo und sein Kloster, gut erhalten bis auf das Siegel,
welches verloren ist, aber ganz einfach und schmucklos. Das
italienische Pergament ist fast ohne freien Rand, ohne Linien,
die Zeilen weitläufig, die Schrift fast ganz ohne Schnörkel.
Das Datum vom 6. August 1162 ist in Ordnung, nur das Jahr
des Königthums 10 statt 11, was in einer anderen Urkunde
vom 13. August sich wiederholt. Irrthümlich schreibt der
Kaiser die Stiftung Karl dem Grossen zu, während es nach
dem Chron. Altinate, MG. SS. XIV, S. 17 und 52, schon im
J. 731 bestanden, und Karl der Grosse es nur in seinen Schutz
genommen hat. Der Text lautet:

FREDERICVS . DEI . GRATIA . ROMANORVM . IM-
PERATOR . AVGVSTVS . | Apud nostram Maiestatem devo-
tio et fides cum sinceritate semper locum habuit, vota quoque
Religiosorum et dignę preces fidelium in suis desideriis iuste
merentur exaudiri. Eapropter cognoscant universi fideles Im-
perii per Ytaliā constituti, quod nos divinę retributionis
respectu, atque venerabilis abbatis Milonis pia precum instan-
tia, monasterium sanctę Trinitatis sanctique Michaelis archan-
geli de Brondulo, quod antecessor noster divę memorię Im-
perator Karolus dicitur construxisse, cui etiam noster fidelis

predictus abbas Milo preesse dinoscitur, res etiam et possessiones eiusdem Monasterii, ipsumque abbatem et monachos eius, homines quoque Monasterii et universam eius familiam, sub nostram Imperialem protectionem ac defensionem suscepimus, et quia prefatus abbas hominum nobis fecit, et Imperio fidelitatem iuravit, de omni iure et honore suo investituram ei fecimus et concessimus. Preterea quascunque res vel possessiones predictum Monasterium in presenti iuste possidet, vel in posterum iusto modo poterit adipisci, nostra imperiali auctoritate roboramus, et eidem Monasterio confirmamus. Statuentes quoque firmiter precipimus, ne de cetero aliqua civitas, sive Padua, sive alia, neque episcopus, neque dux, non marchio, non comes vel vicecomes, nulla potestas, nulla etiam persona, magna vel parva, predictum monasterium in aliquo disvestire, vel res eius aut possessiones inquietare vel molestare audeat, nullumque fodrum, nec exactionem aliquam, nec bandum, nec albergariam, ab ipso monasterio vel eius hominibus exigere vel accipere presumat, excepta nostra persona vel nostro certo misso. Si quis vero contra hoc nostrum preceptum ausu temerario venire vel aliquid facere presumpserit, auri optimi . L^{ta} . libras pro pēna componat, dimidium fisco nostro, et dimidium prefato monasterio.

Dat. in territorio Taurinensi, anno dominicę Incarn. M^o. C^o. lxiij^o. Regnante domino Frederico Romanorum Imperatore victoriosissimo, anno Regni eius . x^{mo}. Imperii vero . viij^{vo}. post destructum Medyolanum . viij^{vo}. Idus Augusti.

Auch der folgende Schutzbrief Heinrichs VI. vom 23. Februar 1191 ist ähnlicher Art, nur viel kleiner. Das dünne, innen weisse Pergament ist unregelmässig geschnitten, fast ohne Rand, ohne Linien; die Schrift klein und zierlich, aber unscheinbar und mit blasser Dinte geschrieben. Das Siegel ist verloren.

HEINRICUS SEXTUS DEI GRATIA ROMANORUM REX ET SEMPER AUGVSTVS. Licet ad universas ecclesias Dei et personas ecclesiasticas maiestatis nostre tuitio generaliter debeat extendi, eas tamen specialiter favore benignitatis non inmerito decrevimus amplecti, quas amplioris debitum fidelitatis certiori nobis devotione commendavit. Quapropter notum sit universis Imperii fidelibus per Ytaliā constitutis tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio anime nostre et parentum nostrorum, atque venerabilis abbatis Milonis pia precum instantia, Monasterium sancte Trinitatis sanctique Michaelis archangeli de Brundulo, quod antecessor noster dive memorie Imperator Karolus dicitur construxisse, cui etiam fidelis noster predictus abbas Milo preesse dinoscitur, res etiam

et possessiones eiusdem monasterii, ipsumque abbatem et monachos eius, homines quoque monasterii et universam eius familiam, sub nostram Regalem protectionem ac defensionem suscepimus, secundum quod de hiis omnibus Inclite memorie pater noster Fredericus christianissimus Imperator sepedictum abbatem legitur investivisse. Preterea quascumque res vel possessiones predictum monasterium in presenti iuste possidet, vel in posterum Deo iuvante iusto modo poterit adipisci, nostra regali auctoritate roboramus, et eidem monasterio confirmamus. Statuentes quoque firmiter precipimus, ne de cetero aliqua Civitas, sive Padua sive alia, neque episcopus neque dux, non marchio, non comes vel vicecomes, nulla potestas, nulla etiam persona magna vel parva, predictum monasterium in aliquo disvestire vel res eius aut possessiones inquietare, vel molestare audeat, nullumque fodrum nec exactionem aliquam, nec bandum, nec albergariam ab ipso monasterio vel eius hominibus exigere vel accipere presumat, excepta nostra persona vel nostro certo misso. Si quis vero contra hoc nostrum preceptum ausu temerario venire vel aliquid facere presumpserit, anni optimi .L. libras pro pena componat, dimidium fisco nostro et dimidium prefato monasterio. Dat. Luce anno dominice incarn. M^o. C^o. xc^oj^o. Indictione viij^a. vij. Kal. Martii.

Es folgt ein Breve Gregors IX. vom 13. Februar 1231, durch welches er den Patriarchen von Grado und seine Suffragane mit dem Schutze der kürzlich zur Reform in Brondolo eingeführten Cistercienser beauftragt. Hiervon ist nur ein Transsumt vom 26. Juli 1301 vorhanden, in der Schrift der päpstlichen so ähnlich, dass man auf den ersten Blick ein Original zu sehen glaubt. Angefertigt ist es für den Bischof Heinrich von Chioggia. Auch hier fehlt das Siegel.

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus . . Patriarche Gradensi et Suffraganeis eius, et dilectis filiis Abbatibus Prioribus Decanis Archidiaconis, et aliis ecclesiarum prelatiis per Gradensem provinciam constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbacione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonicę sentencie severitas enervatur ut viri religiosi et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis proteccione subveniat et pro fovenda pauperum innocencia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii . . Abbas et fratres Monasterii de Brunduo (sic) Cisterciensis ordinis Clugiensis dioc. tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iusticie conquē-

rentes Universitatem vestram litteris pecierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulacionibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quatenus illos qui possessiones, vel res, seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint, aut ea iniuste detinuerint que predictis fratribus ex testamento decedencium relinquuntur, seu in ipsos fratres vel ipsorum aliquem contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum de possessionibus habitis ante concilium generale quas ipsi propriis manibus et sumptibus excolunt, sive nutrimentis suorum animalium spretis apostolice sedis privilegiis extorquere, monicione premissa si laici fuerint publice candelis accensis singuli vestrum in diocesibus et ecclesiis vestris excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam donec predictis fratribus plenarie satisfaciant et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum iniectione in ipsos fratres vel eorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi.

Dat. Lateran. Idus Febr. Pontificatus nostri anno quarto.

Ego frater Henricus Dei et apostolice Sedis gracia Clug. Episcopus diligenter cum autentichio ascultavi et manu propria me subscripxi et sigillum apponi meum feci.

Diese Unterschrift ist autograph, und ebenso die Atteste von zwei Notaren, mit ihren signis. Dann von derselben Hand, welche die Urkunde geschrieben hat, die Versicherung des Notars Joh. Tempesta de Clugia, dass die Copie dem unversehrten Original (vera bulla plumbea cum corda serica more Curie Rom. bullatas) entnommen sei, in Episcopali Palacio Clug. a. 1301 Jul. 26, test. fratribus Ardizone Anton. Monacis de Brundulo ord. Cist. et Francisco ord. fratrum Minorum.

Endlich noch eine grosse Consistorialbulle desselben Papstes vom 10. März 1231 mit Unterschriften der Kardinäle. Die Bleibulle fehlt auch hier.

Gregorius episcopus servus servorum Dei : Dilectis filiis :
: Abbati monasterii Brunduliensis : eiusque fratribus : tam presentibus quam futuris regularem vitam professis : IN PPM : 1

1) So weit eine verlängerte Zeile. Das B scheint nachgetragen zu sein, in gleicher Weise wie die Anfangsbuchstaben der grossen Abschnitte.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium Sancte Dei genitricis et virginis Marie de Brundulo Clugiensis dioc. Cist. ordinis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem Monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; apud Venetias Monasterium S. Benedicti cum omnibus pertinentiis suis. Monasterium S. Salvatoris de Nixia cum suis pertinentiis. Capellam S. Michaelis de Bagnolo; que omnia Monasterium vestrum ante quam Cisterciensium fratrum instituta susciperet possidebat; quicquid habetis in Curia de Bagnolo et in eius finibus; quicquid habetis in Sacco, et in Clogia maiori et minori; quicquid habetis in Senogalia et eius finibus; in Aggere Spatario; in Lacu de Monachis; in Capite Silve; in Agna et Anguillana; in Rovolone, in Laureto et Capite Aggeris; in Fogolana et in Cannis, et in Insulis Nixie, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, pascuis et usuagiis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante Concilium generale ac etiam novallium etc. etc.

(In der Rota): † Fac mecum domine signum in bonum.

(Monogramm) Benevalete.

Ego¹ Gregorius catholice ecclesie episcopus SS.

Ego Iohannes Sabinensis episcopus SS.

Ego Iacobus Tusculanus episcopus SS.

Ego Thomas tit. S. Sabine presb. card. SS.

Ego Iohannes tit. S. Praxedis presb. card. SS.

Ego Guifredus tit. S. Marci presb. card. SS.

1) Zwei Punkte geben das Mass des E an. Den folgenden Unterschriften sind, wie gewöhnlich, verzierte Kreuze vorangestellt.

Ego Synibaldus tit. S. Laurentii in Lucina presb. card. SS.
Ego Stephanus S. Marie transtiberim tit. Calixti presb.
card. SS.

Ego Octavianus SS. Sergii et Bachi diac. card. SS.
Ego Rainerius S. Marie in Cosmidin diac. card. SS.
Ego Romanus S. Angeli diac. card. SS.
Ego Egidius SS. Cosme et Damiani diac. card. SS.
Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum diac. card. SS.
Ego Rainaldus S. Eustachii diac. card. SS.
Dat. Lateran. per manum Martini S. R. E. vicecancellarii
.vj. Idus Martii. Indic. iiij. Incarnationis dominice anno
M^o. CC^o. xxx, Pontificatus vero domni Gregorii pape. .viiiij.
Anno Quarto.

Eine zweite Gruppe von Urkunden betrifft das Kloster Au, jetzt Gries, bei Bozen; ich gebe zuerst die Bestätigung der Stiftung durch Friedrich I. vom 31. Oct. 1166, obgleich sie schon gedruckt ist, nach dem Original. Stumpf (4078, vgl. S. 548) kannte es schon im Besitz des Museums. Es ist ein kleines quadratisches Stück deutschen Pergaments, ohne freien Rand. Unten ist das Pergament umgebogen und ein Einschnitt für einen Pergamentstreifen sichtbar; das Siegel fehlt.

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator augustus¹.

Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nobilis homo comes Arnoldus, et nobilis uxor sua Matildis de Griffenstein, in honore sanctę Marie matris domini nostri Iesu Christi, et sancti Iohannis ewangeliste, et sancti Iohannis baptiste, construxerunt claustrum in loco qui dicitur Howe. Specialiter² vero secundum regulam sancti Augustini, et eidem ecclesię tradiderunt id ipsum predium Howe, cum omni iusticia, preter quę adhuc daturi sunt, et pro salute anime sue optulerunt eandem ecclesiam episcopatui et ecclesię Tridentinę, ut sit illi subiecta sicut matri filia, ita tamen quod fratres eiusdem ecclesię liberam electionem semper habeant sibi assumendi prepositum secundum scita canonum. Advocatiam autem dominis de Eppan commiserunt, scilicet Friderico et Heinrico comitibus et heredibus eorum semper seniori, ad defendendum non ad expoliandum, et si iniqua vi eam oppresserint, episcopus iure suo eam defendat, et si uterque fecerit, episcopus scilicet et advocatus, ecclesia ad imperatorem refugium habeat. Acta sunt hęc iuxta consilium Alberti Tridentine episcopi et advocatorum, nostra imperiali clementia confirmante et testimonium perhibente.

1) So weit eine Zeile in Uncialen geschrieben. 2) So im Original interpungiert.

Dat. Tridenti .ij. Kal. Novembris, a. d. i. M^o. C^o. lxxv^o. Indictione .viii^a. Regnante domino Frederico Romanorum imperatore invictissimo, Anno regni eius xiiii^o, Imperii vero xii^o, in Christo feliciter Amen.

Ich übergehe die schöne, grosse und wohlerhaltene Consistorialbulle Alexanders II. für dieses Kloster vom 30. Januar 1174, und bemerke nur, dass in der päpstlichen Unterschrift das Kreuz in der Rota und das grosse E von Ego deutlich mit dunklerer Dinte eingetragen sind; ebenso im Datum das G von Gratiani. Die Bleibulle hängt an verblichenen Seidenfäden. Diese Bulle ist gedruckt bei Bonelli, Notizie istoriche di Trento III, 168; da aber dieses Buch der hiesigen Bibliothek fehlt, so weiss ich nicht, ob die Verleihung von Ablass und Privilegien an die von ihm geweihte Kirche durch den Patriarchen Udalrich von Aquileja vom 21. Nov. 1179 dort auch zu finden ist, und lasse sie hier folgen nach dem grossen und stattlichen Original, an welchem noch das wohlerhaltene Wachsiegel an rothen Seidenfäden hängt. Das Pergament ist italienisch, die Linien sind eingedrückt in weitem Abstand, die Schrift mit ihren Verzierungen erinnert an die kaiserliche. Die Dinte ist oft abgesprungen und stellenweise ganz abgerieben.

Oudalricus Dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha, apostolicę sedis legatus, Dilectis in Christo fratribus, Henrico preposito et canonicis Ouuensis ecclesie tam futuris quam¹ presentibus, regularem vitam professis in perpetuum.

Ad regimen sanctę Aquileg. ecclesie dispensante Deo vocati, licet omnibus ecclesiis nostrę sollicitudini creditis benigne provisionis teneamur curam impendere, propensiori tamen studio commodis et incrementis illorum locorum debemus intendere, quę religione pollent et honestate, et ampliorem circa pauperes Christi cultum cognoscuntur exhibere. Eapropter ad Owensem ecclesiam quam dilecta quondam consanguinea nostra, illustris et Deo devota cometissa Mahtildis de Morit, Deum facultatum suarum heredem instituens, fundaverat, tua, dilecte in Christo frater preposite, petitione accedentes, ipsam coeoperante Spiritus sancti gratia consecravimus, et tam his qui ipsa die consecrationis ibidem convenerant, quam omnibus qui annuatim predicto die ad eandem ecclesiam accesserint, xii. dies de penitentia eis pro criminalibus (sic) iniuncta, de quibus condigne penituerint, remisimus. Sane ipsam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Hermachorę et sanctę Aquileg. ecclesie ac nostram protectionem suscipimus et presentis decreti privilegio communimus, statuentes inprimis

1) So weit eine Zeile verlängerter Schrift.

ut in eadem ecclesia ordo canonicus secundum regulam beati Augustini perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Ad hec decernimus, ut Owense predium cum omnibus suis pertinentiis, et predium de Magis cum omnibus suis appendiciis, necnon et mansi in valle quę Pustrissa nuncupatur constituti, necnon et quascumque possessiones, quęcumque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum liberalitate, fidelium oblatione, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te nunc preposito, sive tuorum successorum aliquo, fratres ibidem Deo militantes aliam idoneam personam eligendi liberam potestatem habeant, et si forte vota eligentium se in partes diviserint, is ad amministrationem prefatę ecclesię succedat, quem potior et sanior pars fratrum elegerit. Ad hec statuimus, ut decimas de terris, vineis, novalibus, que vel quas propriis sumptibus colunt, libere sibi retineant et nulli exolvere cogantur. Idem etiam de nutrimentis animalium suorum decernimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut extremę voluntati et dispositioni eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sunt vel interdicti, nullus obsistat, salva tamen iusticia parrochialium ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli preterea fas sit familiam prefatę ecclesię per synodum vel per placitum indebite fatigare; nec liceat principi nec comiti nec alicui ecclesiasticę aut seculari personę indebitas et iniustas exactiones in prefata ecclesia exercere, aut sacerdotibus et clericis in eius obedientiis commorantibus iniusta gravamina irrogare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat predictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur et illesa, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva in omnibus Aquilegiensis sedis reverentia et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire presumpserit, et secundo terciove commonita, congrua satisfactione si non emendaverit, potestatis dignitatisque suę periculo subiaceat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi aliena fiat, et cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit, pereat, et cum Iuda traditore Christi eterne dampnationis ignem ferat.

Ego¹ Oudalricus Aquileg. patriarcha, apostolicę sedis

1) Dieses 'Ego' scheint autograph zu sein, die folgenden Unterschriften vielleicht ganz.

legatus, propria manu subscripsi. Ego Walchoun Belenigensis electus abbas subscripsi.

Data anno dominice incarnationis Millesimo Centesimo .lxx^{mo} viii^{no}. Indictione xiii. xi. Kal. Decembris in Civitate Aquilegia feliciter.

Ego Oudalricus Aquileg. archidiaconus et prepositus subscripsi.

Ego Chuonradus domini patriarche capellanus iussu ipsius hanc paginam conscripsi. et DEDI.

Ego magister Dominicus capellanus domini patriarche.

Zwei Breven betreffen die Probstei des h. Martin zu Boppard; eins von Clemens III. vom 3. Sept. 1190, gedruckt in Beyers Mittelrheinischem UB. II, 153, und das hier abgedruckte Celestins III. vom 13. Juni 1192, welches durch Mäusefrass am oberen Rande beschädigt ist. Vollkommen erhalten dagegen ist die Entscheidung Honorius III. vom 10. März 1227 (Potthast 7677), durch welche der Aebtissin von Ramsen ein in ihrem Streit mit dem Abt von Nigrasilva d. Constant. von dem Probst zu St. Andreas in Worms und seinen Collegen als Schiedsrichtern erhaltenes Urtheil bestätigt wird.

(Celestinus episcopus) s¹ servus serv(or)um Dei Dil(ecto filio Sifrido preposito sancti Mart(tini War)matiensis Salutem (et apostolicam benedictionem. Cum apostolice sedi)s auctoritas in ecclesiarum negociis ad ipsorum munimen necessario requiratur, equum est et (consonum ut | robur) assequantur perpetue firmitatis, que ipsa in suis diffinitionibus deliberatione provida duxerit statuenda. C(uius nimirum) | sanctioni tanto devotius quilibet obedire tenetur, quanto ex maiori maturitate procedit et hiis que servanda decernit, | de prerogativa recepte a Domino dignitatis in ipso apostolorum principe munimentum potest fortius adhibere. Accedens siquidem ad presentiam nostram dilecte in Domino fili cum dilecto filio nostro Friderico² decano ecclesie sancti Martini Warmatiensis, tum verbis tum litteris quas in testimonium afferebas expressius ostendisti, qualiter fuerit in negotio prepositure ipsius ecclesie sancti Martini processum. Nos autem visis litteris illis et intellecto quod prepositura ipsa per maliciam Conradi quondam Warmatiensis episcopi et perniciosam atque inutilem administrationem ipsius grave nimium dispendium incurrisset, quam utique preposituram idem episcopus primo per concessionem bone memorie Alexandri, et postmodum Lucii, et Clementis predecessorum nostrorum fuerat consecutus, et cognito etiam te a maiori et

1) Die eingeklammerten Worte und Buchstaben sind ergänzt. 2) 'Friderico' mit blasserer Dinte nachgetragen.

saniori parte canonicorum ecclesie beati Martini in preposituram ipsam deliberatione prudenti electum, communicato fratrum nostrorum consilio electionem ipsam duximus ratam et firmam habendam, et litteris concessionis episcopo factis tam prescripti predecessoris nostri Lucii, qui perpetue, quam aliorum qui personaliter tantummodo eam sepedicto episcopo concesserunt, penitus vacuatis, eandem preposituram decrevimus numquam decetero Warmatiensi episcopo assignandam, sed curam et administrationem ipsius per proprium semper prepositum exercendam. Verum quia multa de bonis ipsius prepositure per eundem episcopum alienata noscuntur, statuimus a te preposituram ipsam in ea integritate dignitatis et reddituum possidendam qua Sifridus ultimus eius prepositus, eam noscitur habuisse: devotione tue presentis scripti pagina indulgentes ut revocandi ea que de bonis ipsius prepositure alienata constiterit, nullius contradictione vel appellatione obstante plenam et liberam habeas facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Rom. apud sanctum Petrum. Id Iunii. Pontificatus nostri anno Secundo.

Endlich lasse ich hier noch einige Abschriften aus Jaffé's Nachlass folgen. Die erste enthält eine neue Ableitung aus der alten Palastbeschreibung, welche G. Schepss im N. A. IX, S. 173 und X, S. 378 behandelt hat, wobei aber übersehen ist, dass De Rossi in den 'Piante di Roma' (1879) S. 123—129, dieselben bereits herausgegeben hat nach dem Cod. Farfensis, dem Cod. Vat. 3851 s. XV, einem Cod. s. X. vel XI. der Basilica Vaticana, und Ordericus Vitalis, und dass derselbe dort nachgewiesen hat, es sei eine Beschreibung des Kaiserpalastes in Rom.

II. ist ein merkwürdiges Schreiben aus dem 12. Jahrh., welches vorzüglich den Markgrafen Albrecht den Bären angeht; allein eine genauere Bestimmung und die Erklärung der darin enthaltenen Andeutungen suche ich vergeblich. Der Zeitpunkt, von welchem die 809 Jahre gerechnet sind, ist leider sehr ungenau angegeben; von 314 bis 335 sind Constantin und Silvester Zeitgenossen gewesen, das ergiebt mit Zurechnung der 809 Jahre die Zeit zwischen 1123 und 1144.

III. ist ein Bericht über die Lage des Heiligen Landes aus dem Jahre 1193,

IV. eine Notiz über die Stiftung des Klosters Fürstenzell im Bisthum Passau.

I.

E cod. Bambergensi B. III. 11. membr. saec. X. fol. 124'.

Primo. Proaulū id est preporticus (sic).

Secundo. Salutatorium id est locus, in quo consistunt homines expectantes iussionem regis.

In tercio. Consistorium .. (hier ist eine Lücke) rupis alta.

In quarto. Trichorum, id est triclinus iuxta ignem.

In .V. Zetas hyemalis, id est domus hyemalis, quae calida facit subducta flamma.

In .VI. Zetas estivalis, id est domus estivalis, quae frigida e contrario facit subducta aqua.

In VII. Epicastrarium, id est locus unguentorum . et triclinia . ac cubitalia, id est locus nuptiarum.

In VIII. Thermas, id est locus, ubi excutuntur vestimenta, quando lavant se homines, vel domus unctionis.

In VIII. Gymnasia, id est loca lavationis.

In .X. Coquina, id est domus, in qua quoquinatur cibus.

In .XI. Colymbus, ubi mundantur vestimenta, vel aquarum locus influens.

In XII. Ypodromum, ist est domus declinationis ad necessitatem.

† Et per gyrum arcus deambulatorius, super quos ambulant homines.

II.

Ex copia saeculi XII. apud Friedländer Berolinensem.

E. patri dilecto G. presbiter fraterne caritatis et orationis obsequium. Considera statum temporis huius, et plenum periculis invenies. Iohannes in apocalipsi satanan post mille annos solvendum esse prophetavit. A tempore Silvestri et Constantini octingenti et novem anni preterierunt, ex quo pax sancte aecclesiae post triumphale prelium martirum celitus concessa est. Itaque satan, iam finem pacis diu exoptatum et iamiam fere consummatum considerans, tanta fortitudine catenas, quibus ligatus est, concutit, ut iam non in proximo solvendus, set in presenti solutus esse videatur. Caritas, quae fortissimum erat vinculum refriguit, sacramenta aecclesiae pro nichilo reputantur, iusticia quae de celo prospexit, relictis terris celum repetivit, omnium prelationum gubernationes spernuntur, virtus obmutuit, omne vitium nomen et pallium virtutis sibi falso usurpat. Summatim tibi catenas, quibus satanas ligatus fuerat descripsi. Rursum quia Iohannes duas vidit bestias, quarum altera preambulos antichristi, altera ipsum antichristum significat, prioris bestie impetum et incursum presago timore suspicans, rogo supplico obsecro, ut ante colloquium, quod in brevi habituri sunt principes in nemore, Albertum marchionem

convenias eique diligentissime suadeas, ut se prolocutorem Christi et defensorem monasteriorum fidei devotione exhibeat. Facile ignis accenditur, qui deinceps non extinguitur, facile inchoatur quod nulla etate terminatur. Rex non adest; prudentes vel non sunt, vel non audiuntur; episcopi qui columpne celi sunt, sive infirmitate sive vecordia non tam celum sustentant, quam ruinam celo inclinati generant. Principes si asperius scripserint domno pape, si durius aliquid mandaverint, si incaucius aliquid egerint, fieri potest, ut divino iudicio dominus papa et tota aecclesia Romana hanc temeritatem indignanter advertat et sic paulatim flamma crescente excommunicationi ssententia feriat. Quis ergo erit mediator? Quis deinceps accensi ignis flammam extinguet? Quis, sublata pace, bestie prioris vel secunde incursum coercebit? O tempora infausta, infelicia, erumpnosa. Omni solatio destituta est in terris ecclesia, unicum solatium de celis prestolatur a fidei Christo Iesu, qui hoc pollicitus est: 'Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi'. Item apostolus dicit: 'Jesus Christus heri et hodie ipse et in secula'. Frater noster dilecte, hec idcirco scripta tibi noveris, ut, dum marchionem premonueris, multa ex his verbis bona generentur, multa mala compescantur. Pax ecclesie obex est contra malos, quos Iohannes bestiam de mari ascendentem predixit. Sicut nullo tempore defuerunt, qui ecclesiam impugnarent, sic nullo tempore deerant, qui illam devote defensarent. Si memoriam nostre etatis recenseamus, Ekbertus marchio catholicos profugos contra Heinricum regem tutatus est. Item Lodwicus comes et Wichbertus comes et Theodricus comes, singuli pro suis viribus ecclesiam defensarunt. Hoc infausto tempore episcopi colonne celi contremiscunt, cedri paradisi nutant tanquam virgule deserti; abietes, quas in usum domus Domini Salomon excidit, inclinantur. Sit ergo Albertus tuus tamquam cedrus Libani, quam Dominus plantavit, in quo passeret nidificabunt. Plerumque Christus aliquos principes potentes et divites per gratiam electos in aecclesia plantat, quorum protectione pauperes Christi tamquam passeret ewangelici, qui non sub tecto set super tectum carnalis vite libertate spiritus requiescunt, tueantur. Si recte pensetur, principes in defensatione pauperum Christi non tam prestant beneficium illis, quam accipiunt ab illis, quia per gratiam a Christo plantati sunt, ut in illis passeret nidificent, cum quibus ex omnibus meritis spiritalibus in salutem et vitam eternam communicent. Esto, ut beneficium ipsis accommodent, si hoc temporale est; quod vero ab illis acceperint, eternum est. Etiam dux Magnus, avus Alberti, ex informatione Hardewici Verdunensis epi copi tamquam cedrus Lybani a Christo plantatus est, sub cuius umbra illius temporis passeret ewangelici refrigerati sunt. Post

supplicationes et exhortationes, si te benigne non audierit Albertus, confidenter, tamquam per te et in te loquente Christo, dicas illi: quia ecclesiam suam non derelinquet Christus, pro qua passus est. Item illi dicas cum fiducia, quia si totus contra ecclesiam erigatur mundus, fundata per spiritum sanctum in Christo aecclesia, a fide Christi et ab obedientia apostolica nunquam recedet. Item illi dicas, quod qui per scisma et dissipationem pacis hostium aperuerit, per quod intret bestia prior, que adhuc repagulo pacis ab ecclesia exclusa est, melius illi erat, quod natus non fuisset. Item illi dicas, quia pacem iam sibi iurat mundus, set utinam illa pax non convertatur in prelium contra sanctam ecclesiam. Per omnia suadeas illi, ut sit cautus, ne hoc tempore in(numerata) mala emergant.

III.

E cod. Bamberg. B. IV. 29. membr. saec. XII. fol. 2, manu saeculi XII.

Anno Domini 1193 misse sunt littere iste, indictione 11.

Frater Godefridus Dei gratia sancte domus hospitalis Ierusalem humilis magister una cum universo eiusdem domus capitulo fratri M. praeposito eiusdem domus, priori in Ungaria, salutem et fraternam dilectionem.

Quoniam de his, quae sunt in terra Ierosolimitana, credimus vos affectuoso animo rumores certos desiderare, notum vobis facimus, quod proxime post Septembrem quidam de gente pagana nomine Mestoch mortuus est, qui clarus erat genere et armis famosus. Deinde mortuus est vetus dominus Assiriorum, in cuius locum alium constituerunt. Deinde mortuus est frater Saladini, dominus terre de Leeman¹. Mortuus est et soldamus de Yconio, inter cuius filios orta est ira et dissensio. Deinde prima septimana Martii feria quarta mortuus est persecutor noster Saladinus. In cuius morte genti sue factus est timor et perturbatio et inter filios eius ira et dissensio. Quilibet enim illorum, quorum alter in Halappia, alter in Damasco, alter in Babilonia commoratur, se fratri suo in aliquo subiectum esse fastidit. Unde veraciter scimus, quod a tempore perdicionis terre hereditas Christi tam levi non potuit recuperari. Terra, quam tenet christianitas, in triviis manet sed penitus habitatoribus est destituta.

IV.

Ex cod. Furstencellensi ms. membr. saec. XIV. in tabulario regio Monacensi.

Anno Domini 1274, 15 Kalendas Maii tempore generalis concilii Lugduni tunc ultimo celebrati, consilio prehabito bene

¹) Nach der beigefügten Nachzeichnung könnte man auch 'Teeman' lesen.

mature, fundacio istius ecclesie, hoc est Furstncelle, primitus est inchoata; consequenter duobus annis continue elapsis, ab^{1276.} inspectoribus Nonis Iulii Cisterciensi est ordini incorporata^{Jul. 7.} eodemque die primus abbas¹ canonice electus et laudabiliter ecclesie est prefectus. Hec autem omnia sic rite peracta in proximo sequenti capitulo aput Cistercium sunt approbata et favorabiliter per omnia confirmata.

Endlich bemerke ich noch, dass nach einer freundlichen Mittheilung des Herrn P. Gabriel Meier Othlons Vita Nicolai im Einsiedler Codex 72 steht. In der Wundergeschichte am Schluss (N. A. X, S. 408) heisst es hier ausdrücklich 'in ecclesiam S. Emmerammi'; gleich darauf 'quaedam speciosa metalla', und am Ende gewiss richtig: 'Hocque modo contigit'.

1) Manus saec. XV. in marg. addidit: *dominus Waltherus*.